Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.39
Auteur(s) : Jacques François Gerantet
Type de document : affiche
Éditeur : non renseigné (Paris)
Imprimeur : Ballard fils
Période de création : 2e quart 18e siècle
Date de création : 1749
Description : Une feuille de papier bruni et taché. D'importantes déchirures ont été réparées par du papier collé au verso. Le dos a été renforcé au moyen de ruban adhésif. Le coin supérieur gauche est dégradé. Estampe dans la partie supérieure.
Mesures : hauteur : 745 mm ; largeur : 524 mm
Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Jacques Gerantet, le mardi 11 février 1749, à Paris. Les articles de droit civil traitent des invalidations de testaments. Les articles de droit canon portent surles règles de parrainages pour la nomination des prêtres. L'estampe représente Saint François recevant les stigmates.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
ill.

OPTIMI PATRIS PATRONO.

THESES UTRIUSQUE JURIS

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 15. Extra *De Jure Patronatûs.*

I.

JUS Patronatûs eſt jus ſingulare conceſſum Eccleſiæ fundatoribus, eorumque hæredibus.

II.

HOC Jus maximè conſiſtit in facultate præſentandi Clericum ab Epiſcopo inſtituendum, ad Beneficium vacans.

III.

JUS Patronatûs vulgò triplex diſtinguitur; Laïcum ſcilicet, Eccleſiaſticum & Mixtum.

IV.

ECCLESIASTICUM competit ſolis Clericis, quia ratione ſuorum Beneficiorum jus hoc ipſis competere poteſt.

V.

LAICUM verò poteſt competere Clericis & Laïcis ratione patrimonii vel familiæ. Mixtum competit Corporibus mixtis, Univerſitatibus, Collegiis.

VI.

PATRONO eccleſiaſtico conceduntur ſex menſes ad præſentandum; ſed variare non poteſt.

VII.

QUATUOR tantùm menſes dantur Patrono laïco ad præſentandum; ſed variare poteſt.

VIII.

SEIPSUM præſentare non poteſt Patronus, ſed filios & nepotes rectè præſentat.

IX.

NON poteſt vendi Jus Patronatûs; tranſit tamen cum fundo cui annexum eſt.

CIVILIS.

Ex Lege 15. Cod. *De inofficioſo Teſtamento.*

I.

TESTAMENTUM dicitur inofficioſum quod eſt factum contra pietatis officium.

II.

QUERELA inofficioſi teſtamenti eſt imploratio officii Judicis, quâ teſtamentum ſub colore furoris & inſaniæ reſcindi poſtulatur.

III.

NON enim fuit conſentiendum parentibus circa ſanguinem proprium malignè judicium inferentibus.

IV.

IDEOQUE competit liberis ſine causâ exheredatis, vel iniquè præteritis.

V.

EXHEREDATIS quidem à patre, præteritis à matre.

VI.

COMPETIT etiam parentibus adversùs teſtamentum liberorum.

VII.

PORRO querela inofficioſi teſtamenti eſt extremum & ſubſidiarium remedium, neque niſi deficientibus aliis remediis datur.

VIII.

UNDE denegatur querela inofficioſi teſtamenti iis qui ſemel ultrò & ſpontè judicium defuncti comprobaverunt.

IX.

SIMILITER denegatur iis qui alio jure ad bona defuncti pervenire poſſunt.

Has Theſes ex utroque Jure, Deo duce, auſpice Deiparâ, & Præſide Cl.V.D. PAULO CAROLO LORRY, J.U.D. Conſult. Facult. Pariſ. Aggregato, & in Senatu Patrono, tueri conabitur JACOBUS FRANCISCUS GERANTET, *Lugdunenſis, die Martis* 11. *Februarii, anno Dom.* 1749. *a ſeſqui-quintâ ad ſeſqui-ſeptimam.*

Aderunt cum jure ſuffragii ſorte ducti Clar. D. D. Girard, Deſerriere, de Chauvigny, Deſſévres, Thomaſſin, Lorry.

PARISIIS,

IN ANTIQUO JURIS AUDITORIO.

PRO BACCALAUREATU.

Apud Petrum-Augustinum Paulus-de-Mesnil, Typographum [illegible]; ex Typographiâ Ballard Filii, viâ Bellovacenſi